



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

EXERCITIA || SPIRITVALIA || IGNATII DE || Loyola.||

Ignacio <de Loyola>

Mogvntiae, 1600

VD16 I 56

Quintæ diei, sextæ, septimæ, vsque ad duodecimam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45165

petere ex Deo, licet renitente carne,
ut ad paupertatem eiusmodi sectan-
dam nos eligat: * seruabimus tamen
interea desiderij nostri libertatem
qua liceat conuenientiorem serui-
tio diuino viam inuadere.

QVINTA DIE; SEQUE-
tur contemplatio de Domini transitu, à
Nazareth ad Jordanem fluuim,
deque eius baptismo,

pag. 157.

FIET tam media nocte, quam pri-
mo mane. Bis præterea repetetur
circa Missæ ac vesperarum ho-
ram. Ante cœnam applicabuntur
quinque sensus.

Adhæc quodlibet horum quin-
que exercitorum præcedet oratio
præparatoria, cum tribus præludiis,
ut in superioribus d'ē Incarnatione
& Natiuitate traditum est. Nec non
adieictis tribus colloquiis, vt circa

E 3 claf-

classes, vel iuxta id, quod ibi fuit subnotatum.

Examen autem particulare à prandio & cœna usitatum, fiet hic, & in sequentibus de erratis ac negligentiis, quæ circa proprias eius diei meditationes, & additiones contigerunt.

Sexta deinceps die, contemplandum se offert, quomodo C H R I S T U S I E S V S à flumine Iordanis penterit desertum, ibique versatus sit. Seruata omnino exercitij diei quintæ, forma. pag. 157.

Septima: Quomodo beatus Andreas, & alij successiue C H R I S T U M secuti sunt, ut dicetur. pag. 159.

Octaua: quomodo sermonem fecit Dominus in monte, octo beatitudinis modos edisserens. p. 161.

Nona: quomodo nauigantibus discipulis se ostendit, ambulans super aquas maris, pag. 162.

Deci-

DEcima: quomodo in templo docuit, pag. 168.

VNdecima: de Lazari suscitatione, pag. 166.

Dodecima: de gestis in die palmarum, pag. 168.

Notanda hoc loco sunt hæc tria.

Primo: quod in hac secunda hebdomada iuxta temporis facultatem, & utilitatem personæ sese exercentis, poslunt aliquot meditationes vel adiici, ut de mysteriis Visitationis, pastorum, Circumcisio[n]is, & trium Regum; vel subtrahi ex suprapositis: quippe, quæ introductione tantum delineantur, ad formandam melius contemplationem.

Secundo: * quod inchoanda est electionum discussio à contemplatione discessus C H R I S T I ex Názareth Iordanem versus usque ad eam, quæ fit quinto die, simul comprehendendam.

* f